



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De malo nuncio. cap. xxxiiii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

16. viuis in terra. Non apparebis in conspectu Domini Dei tui vacuus: vnusquisque secundum vires manuum vestrarum, secundum benedictionem Domini Dei tui, quam degit tibi.

Prou. 3. Honora Dominum Deum tuum de tuis iustis laboribus, & primitias ei offer de tuis iustis fructibus: vt impleantur horrea tua frumento, & vino torcularia tua redundent. Non apparebis in conspectu meo vacuus.

Ecli. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum: & in exultatione sanctifica decimas tuas. Da Altissimo secundum datum ipsius: quoniam Dominus retribuens est, & septuplum reddet tibi.

Hier. Ex omnibus primitiis vestris dabitur sacerdotibus.

Na 7. Virtute nullum gratius donum Deo.
in Terr. Quiduis licet des, nil tamen dignum feres.
Hoc offer ergo quod queat pauper dare.
Meretricis horret purus ille premium.

DE LAETO NVNCIO. CAP. XXXIII.

Pro. 25. **S**icut aqua frigida animae sitienti: ita nuncius bonus de terra longinqua.

Rom. 10. Quam speciosi sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.

DE MALO NVNCIO. CAP. XXXIIII.

Gen. 37. **N**ulerunt autem tunicam eius, & in sanguinem hœdi, quem occiderant, tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filij tui sit, an nō. Quam cum agnouisset pater, ait, Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Scissisque vestibus indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore.

1. Reg. 4. Respondens ille, qui nunciabat, dixit ad Heli: Fugit Israël corā Philistiim, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta est. Cūque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est.

2. Reg. 1. Apparuit homo veniens de castris Saul, veste conscissa, & puluere confusus caput. Et vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam, & adorauit. Dixitque ad eum Dauid: Vnde venis? Et dixit: Ex castris Israël saluatus sum. Et dixit Dauid: Quod est verbum quod factum est? indica mihi. Et dixit ille: Fugit populus ex prælio, & multi interfecti sunt: sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. Et apprehendens Dauid vestimenta sua, scidit, omnesque viri qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionatham filium eius, & super populum Domini, & super domum Israël, eò quòd corruissent gladio.

2. Reg. 18. Et dixit Chusi ad regem: Fiant sicut puer Absalon inimici Domini mei regis, & vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum. Contristatus itaque rex, ascendit coenaculum portæ, & fleuit. Et sic loquebatur vadens, Fili mi Absalon, fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Absalon fili mi?

Ezech. 7. Conturbatio super conturbationem veniet, & nuncius super nuncium. Et quærent visionem à Propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, & manus populi terræ cõturbabũtur.

DE OSCVLO: ET QVOD HINC BENE-
uolentia concilietur. CAP. XXXV.

Cūm